



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Prima Duo Sæcula Complectens

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 13322648

§. 5. S. Marcus, & Ecclesia Alexandrina.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

Tum Apostolus de Matrimonio disse-
rens, inquit: *Magnum hoc est Sacramen-*
tum, dico vobis in Jesu Christo, & Eccle-
sia. Quia unio viri, & fœminæ ex insti-
tutione divina amorem Jesu Christi erga
suam Ecclesiam adumbrat. Sæpe de suis
vinculis loquitur. De Tychico ferme
eadem repetit, quæ in epistola ad Colos-
senses; *ut sciatis*, inquit: *quomodo va-*
leam, & quid agam, mitto ad vos Tychi-
cum dilectum fratrem nostrum, & fide-
lem Domini Ministrum. Tychicus igi-
tur utriusque Epistolæ bajulus fuit; &
commodum accidit, quod præter Ephe-
sum via Colossam, & Laodicæam du-
ceret.

§. V.

S. Marcus. *Ecclesia Alexan-*
drina.

§. Marcus interea Ecclesiam Alexandri-
nam regebat. Erat hæc civitas, si
Dominationem spectes, toto terrarum
orbe soli Romæ secunda, si vero commer-
ciorum amplitudinem, & portus ad Nili
ostia siti commoditatem, facile omnium
prima. Indiarum opes per mare rubrum
affuebant, inde in omnes terras, quas
mediterraneum alluit, dividendæ. Hinc
opulentia, magnificentia, & populorum
frequentia eminebat. Præter Græcos ex

N 2

primis

Sæculum I.

A. C. 54.

5. 32.

3. I. 4. I.

6. 20.

Eph. 6. 21.

Col. 4. 7.

Sæculum I.
A. C. 54.

Strabo l. 7.
p. 791.

Cic. 5. *Tusc.*

primis Macedoniae stirpibus ortos, a Pto-
lomæis illuc translatos, magna Ægyptio-
rum multitudine habitabatur, superstitio-
ne in antiquos ritus tam obstinata; ut in
suis corporibus gravissima tormenta to-
lerare, satius haberent, quam pati, ut
quidquam mali Ibidi, Aspidi, Feli, vel
Crocodilo, quæ animalia apud ipsos
sacra erant, inferretur. Judæorum quo-
que, & exterorum ex omni Regione in-
gens numerus Alexandriae domicilium fi-
xerant, quos non solum ex Syria, Lybia,
Cilicia, Æthiopia, Arabia, sed etiam ex
Bactria, Scythia, Persia, & Indiis lucelli
spes attraxerat. S. Marcus ibi numero-
sissimam Ecclesiam congregavit, cujus
potiorem partem ex Judæis constitisse,
præsertim Therapeutis credibile est.

§. VI.

Therapeutæ. Philo de vita contemplativa.

Therapeutæ Græce vocabantur, qui vi-
tæ contemplativæ dediti erant; seu
quod animarum suarum curam gererent;
seu quod servirent Deo; vox enim *Therapev*
utrumque significat. Hoc vitæ
genus non consuetudine, aut aliorum
persuasione, sed libera electione suscipie-
bant; bonis suis parentum, vel amico-
rum